

Vos Dei gratia Franciscus Bernardus Princeps Nassovia, Comes in Achenflenberg
Vränden et Dier, Dominus in Beilstein, Deuoto nobis Dilecto Joanni Georgio Turck Clerico et Sacellano
in Dierffenbach ditionis Hadamariensis salutem in Domino. Vita ac morum honestas, literarum scientia, aliisque
laudabilia probitatis et virtutum merita, quibus apud Nos fide dignorum testimonio commendatis, nos inducunt ut
ad huius promotionem inclinemur. Vacante igitur per mortem Rev^{di} Fri Joannis Adami Turck à die 27^{ma}
martij nuper lapsi parochia in Weyer, cuius collatio, provisorio seu quacvis alia dispositio, quoties ipsam vacare
contigerit, dilecto nostro Nepoti Francisco Alexandro Principi de Nassau jure hereditario plenissime competere
dignoscitur, pro ut et competit. Tibi huiusmodi parochiam cum omnibus jurebus annexis, fructibus et emolumentis
tutorio nomine duximas conferendam et conferimus praesentium tenore literarum. Praesentantes insuper te ips, ad
quos ratione muneris et officij pervinet, ut te ad curam animarum in praedicta parochia exercendam habilitare
et consueto in Ecclesia rita instituere non dedignentur. In cuius rei testimonium praesentes propriae manus
subscriptione et Cancellariae huius consueti Sigilli appensione communiri volumus. Hadamaria 30^{ma} mensis
Junij a 690

Franciscus Bernardus Princeps Nassovia



1690.

Praesentation auf den Pfarrei Weyer
(aus Joh. Georg Turck)

Das: End. in Residentia Praesidentis
Hein. ir. July 1690.

Presentatio ad Parochiam in Weyer
facta ab Illmo Principe Nassovia de
Persona Ioannis Georgij Fürk